



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Domine deus meus, in te speraui, saluum me fac, ex omnibus
persequentibus me, & libera me.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Coram deo num sed coram hominibus innocentiam nostram non deseramus, si cor non ignoratiū nos non reprehēdit. Sicut enim coram deo peccata non sunt neganda, strā confite coram quo nemo iustus est: Ita corā hominibꝫ, ueritas est confitenda, & alio amur, coram renda, coram quibus uiuere possumus, & debemus sine crimine. Et hanc em̄ hoībus inno = ditionem David suo euentu cosecutus, nobis facit communem, qua longe & centia noītrā nō desera = hīcius calumnīa ulciscimur, q̄ oīl Appelles ultus est sua tabula, Dicit itaqꝫ.

DOMINE deus meus, in te speravi, saluum me fac, ex omnibus persequentiibꝫ me, & libera me.

Primus affectus est, non ad uindictam & zelum ferri contra calumniatores & persecutores, ut soler homo uanitas, & mendacium (Mili, inquit, uindicta & ego retribuam) sed ad dominum, ante omnia, cōfugiendum est, & tam persecutio, q̄ calumnia coram illo pronunciāda, cum plena spe & fiducia, quam in hoc casu iuuat innocētia, & bona conscientia. Ita hic ex omnibus persequentiibꝫ saluus fieri petīt, duo enim persequebantur David: Absalom uirtus & opere; Semeia lingua & calumnia, qui sine dubio, uel solus non fuit, uel saltē soli sibi non placuit in hoc malo, uel ex omnibus dicit affectus eo, quo psal. vi. dictum est: Inueterauit inter omnes inimicos meos, q̄ uidelicet uim & calumniā simul passis, omnia uideantur aduersari, neminemq̄ relictum esse, qui succurrat, sicut reuera omnia aduersantur solitario. Ita dicit, ex omnibus persequentiibꝫ, id est, quia omnes & omnia me persequuntur. Quid differat: Salua me, & libera me, non magnopere puto referre, nisi salua ad bonum, libera, ad malum reculisse, aut, affectus gratia, tautologicus idem repensile puardus est.

Ilos conueniri hoc uersu līcer, qui non credunt necessariam esse fidem & spem, uel oraturis, uel sumpturis gratiam dei, seu effectum (ut dicitur) sacramentorum, cum ideo hic Prophetā, se saluum, & liberandum petat, quia sperasse etiam gloriatur in dominū, adeo certū est, scilicet unicuiq; sacerdoti, sperat, aut diligit. Dicit uero, in te spero, non in me, non in hominem. De quibus supra psalmo quinto latius.

Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neqꝫ qui saluum faciat.

Hieronymus, sic ex hebræo: Ne forte rapiat, ut leo animam meam, laceret, & non sit qui eripiat. Rapiat (inquit) lanier, prædetur sicut soler furens bestia, ne quis simplicem captionem intelligat: deinde sicut leo, implacata feliciter bestia, laceret, atque discerpit etiam. Quid: domum aut pecus? non, sed animam meam, id est, uitam meam, quam ex anima corpus habet. Ut psalmo precedente dictum.

Fortem intentione oratio exigit. Hæc omnia tanta auxiliū magnificat, ut necessitatē suam exaggeret & comprehendet, quo uelocius exaudiri mereatur, immo quo seipsum ad ardentiorē animi intentionem prouocet: fortiter enim & seria intentione orandum est, si quid impetrare uolumus. Non est autem dubium, fusse David eo tempore in ea con-